[=Mscr. a.7: Nr. 167]

D. Hermanno Vasmaro Cos. et
Scholarchae Bremensi
Pax Christi

Dn. Hermanne Vasmar consule gravissime. Post-
quam est isthinc morte sublatus Johannes Otterstedius,
evangelicae doctrinae fidelissimus Minister tantus mae-
ror animum meum afflixit, ut à tam acerbo luctu
aegrè respirare possim. Scribam nunc audacter quod
sentio. Videntur mihi vera religio et germana pietas cum
illo tam pie longe religioso sacerdote Christi eodem tumu-
lo sepulta fuisse. Nam quid praeterea boni sive ad doctri-
nae puritatem, sive ad vitae sanctimoniam ab istis se-
ditiosis et importunis convitiatoribus sit expectandum
non intelligo. Qui nisi semper postillas creparent,
et cum Smarmerorum bovis lactarentur, tam
muti essent, quam statuae vel pisces. Sed nolo nunc
ingredi hunc campum doloris. Est aliud malum
quod me propius attingit, quod obitu D. Johannis
vehementer confirmatum est, et mihi spem
omnem bene regendi scholam è manibus excussit.
Nimirum pertinax et effrenata rebellio clamo-
si cantoris, qui plerosque collegas jam pridem à me
disjunxit: et Johanne sublato jam regnum quod-
dam non minus in templis quàm in scholis occupa-
vit. Atque adeò haec unica est causa venerande D.
Cons. cur tam diu tergiversatus fuerim, cum singularem
ad scholae gubernationem reverti deberem,
cum summo dispendio rerum mearum. Natu-
ra me inopis et pusilli animi finxit tam au-
tem sincerae pietatis studiosum, fastum arbitris
factitiis superstitionum propugnatoribus sin-
gulariter abhorream. Quid igitur isthic fa-
ciam? ubi mihi cum irrequietis gladiatori-
bus res sit? Qui me saepè antehac, verbis scien-
tibus ut dissimulantibus contumeliis minis, et
duris execrationibus adorti, nunc etiam con-

cœnitorum acclamatione tanquam publicæ autho-
ritatis gladio in me armantur. Scilicet ut illo-
rum importunitate et tædii fructum, excludunt
quem non ignorant fuit: profanis nenijs et nuga-
gigeris operibus infestum esse. Non vero conve-
niunt superstitio et pietas, nec ignavam sede mora-
tur. Quid verbis opus est! Reverterer quidem Bremā
simulatque per temporis et viarum commoditatem
licebit. Neque enim oblitus sum me esse meæ scholæ
et Reipublicæ obligatum: sed tamen ad scholastica-
rum operarum administrationem non revertar
nisi istum hominem turbulentum et immodestum è
medio scholæ simul removeatis, satis jam longo tem-
pore cum eo luctatus comperi ejus audaciam
effrenem, et contumaciam invictam esse. Non pos-
sum autem sine dirigentium sine idoneis coope-
rariis et mecum sentientibus scholam ædificare.
Quod si enim potest id fieri, ut in schola collegas
habeam quales hic Dusseldorpii video qui Rec-
torem suum revereantur et ab ejus nutu
pendeant, nolo diutius cum jactura pretiosi tem-
poris frustraneo labore fatigari. Neque vero
est quur quisquam hoc meum consilium
novum esse existimet. Dixi hæc similia an-
no superiore sub Pascha, cum me à sacra Domi-
ni mensa ferox ille juvenis in curiam ad tres
Cons: traxisset. Dixi hæc eadem D. Daniel
Cons: priusquam Bremâ exirem. Itaque nisi
tollerentur mea vocationis impedimenta, mi-
hique libera potestas in schola permitteretur, neque
velle me diutius Rectorem esse, neque posse. Scrip-
si deinde eadem ad Doctorem Eurichium, ex quibus
prolixè poterit intelligi alterutrum nobis acci-
dendam. Equidem valde velim priusquam isthuc
redeam vestram super hac re sententiam cogno-
scere, ut præsciam sive mihi an cum bona fa-
milia sit redeundum, ne sumptibus quos jam mul-
tos inutiles fero, in immensum augeantur.

Quamobrem obnixè rogo meos observandos Do-
minos scholarchas, primum ut ex sua benignita-
te dent unius mensis commeatum mihi largi-
antur; non enim adeo tum frigidis et tam in-
certis diebus me dare in viam, tum propter va-
letudinis imbecillitatem, tum propter hospitio-
rum incommoda. Postremo ut si quid fieri pos-
sit ante Calend: Februarii, suam et sanè de rebus
sententiam aperte renuncient, ut sciam quomo-
do itineris mei rationes instituere debeam.
Deus interea Magistratum vestrum servet, consi-
lia regat, actiones fortunet, Amen. Vale consul-
[illegible] prudentissime. Sexto [illegible] 9 Decembris 1566.

V. D. addictus
Johannes Molanus Duisb.

96)

[EMSer. a. 7: N. 168]

Michaeli Varhagio
Pax Christi.

Non ignoras dilecte frater, in multis quos habe-
o familiares habui, te semper animo meo
egregie carum fuisse, ut quomodo nunc erga
te sim affectus, dubitare non possis. Sed ea est
plerumque jactatio rerum mearum, ut neque ego
ex amicitiae nostrae fructu possim volupta-
tem capere, neque tibi aliquam consolationem
afferre, meae erga te voluntatis significa-
tione. Erat nunc tempus si unquam alias,
adeundi et alloquendi, fruendique. Neque quicquam
magis metuo quam ut vobis videar [illegible]
mus philosophus esse, aut turpiter formidolo-
sus, qui quidem istam oblatam occasi-
onem repudiem veterum amicorum et
dulcis patriae revisendae. Nihil habeo quod
respondeam. Nisi si esse me obligatum par-
tim Bremensi scholae: partim adolescentibus
qui me hic comites sunt secuti, ut ante-
quam excusserim hoc mihi onus liberali
causa: meum quidem meo jure esse, et pa-
triae me atque amicis deberet non possim.